

Lotiones crurum ex aqua calente.

Sanguisugæ venis eminentibus circa locum affectum applicabuntur, aut extremitati nasi.

Suppositoria fortia.

Ligaturæ dolorificæ fiant partium oppositarum, nec non earundem frictiones validæ.

Fomentationes quoque earundem partium ex decocto saluiæ, hyssopi, maioranæ, aliisque herbis capitibus.

Sternutatorium ex pyrethro, pipere, castoreo, nigella, elleboro albo, succo maioranæ, betonicæ, cyclamini.

Nasale vel errhinum ex staphisagria, nigella, hiera picro, succo iridis, pipere, aurea Alexandrina, elleboro, euphorbio, pyrethro, castoreo, cyclamine, sinapio, aqua maioranæ.

Apophlegmatismus ex mansu hyssopi, condisi, pyrethri, piperis, staphisagriæ, glycyrrhizæ, mastices, vuarum passarum, maioranæ, pauco melle addito.

Gargarismus ex vino rubro, in quo decoquantur radices pyrethri, glycyrrhizæ, folia hyssopi, betonicæ, sianpium, melle rosato addito.

Summè conuenient diuersiones omnes in dolore capitis, à quacumque tandem etiam fouetur causa. Magna tamen cum cautela gargarismatibus atque apophlegmatismis utemur si pulmonum adsit affectus, aut si æger catarrho sit subiectus. A partibus autem propinquis incipiemus, & paulatim ad magis remotas transibimus.

ROBORANTIBVS, resoluentibusque reliquias, in temperiemque relictam emendantibus.

Diacuminum, aurea Alexandrina, diacastorium, therica, Mithridatum, cum aqua betonicæ.

Aromaticum rosatum, diacorum, pleresarconticum, diambra.

Diamuscum dulce & amarum.

A iij